Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Vigilate quia nescitis qua hora dns vr veniens sit. Illud autem scitote quod si sciret pterfamilias qua hora fur venturus esset vigilaret utique et non sineret perfodi domum suam. Ideo et vos estote parati quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. Quis putas est fidelis servus et prudens quem constituit dns super familiam suam ut det illis cibum in tempore. Beatus ille servus quem cum venerit dns eius invenerit sic facientem. Amen dico vobis quia super omnia bona sua constituet eum. Offertorium. Veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta. Hostias tibi domine quas pro commemoratione sancti confessoris tui Hoffeimus supplicantes. ut sicut illi perfecti sacre fidei claritate sic nobis in diuersitatem largiaris et pacem. Post Communio. Beatus servus quem cum venerit dns invenerit vigilantem amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Cōpl. Refecti dne beatitudine celesti quesumus ut per intercessionem sancti confessoris tui Hoffeimus meditantes sacramenta et corporibus nostris profitentes mereamur. Per

Gaudeamus omnes in domino. Collecta. Famulis tuis quesumus domine celestis gratie munus impertire ut quibus beatorum meruerunt